



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua  
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

**Angela <de Fulginio>**

**Parisiis, 1598**

c. xxj. De secunda consolatione & visione, in qua vidit Deum in qua[n]tum est summa pulchritudo. Vnde visum est ei quod omnis creata pulchritudo nihil erat in comporatione illius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43716**

Vigesimum primum cap. De ij. consolacione & visione, in qua vidit Deum in quantum est summa pulchritudo. Unde visum est ei quod omnis crea-  
ta pulchritudo nihil erat in compa-  
ratione illius.

**Q**uodam tempore eram in oratione, & eleuata in spi-  
ritu, loquebatur mihi Deus ver-  
ba multum placibilia, & amore  
plena, Et respiciens vidi Deum  
mihi loquentem.

**Vidit** Si autem quæras quid vidi, di-  
Dei pul-  
chritu-  
dinem. co quod vidi ipsum, & aliud ne-  
scio dicere, nisi quod videbam v-  
nam plenitudinem, vnam clarita-  
tem de qua sentiebam in me tā-  
tum implementum, quod ego  
nescio dicere nec scio dare ali-  
quam omnino similitudinem,  
nec vidi aliquid corporale, sed  
erat sicut est in cœlo, videlicet  
pulchritudo tanta, quod nescio  
aliquid aliud dicere, nisi quod  
vidi summam pulchritudinem  
continentem omne bonum, &

omnes sancti stabant ante illam  
pulcherrimā majestatem ad lau-  
dandum eam, videtur autem mi-  
hi, quod in isto parum steti. Dixit *Attende*  
autem mihi Deus: filia amantissi- *quod*  
ma dulcis mihi, omnes sancti pa- *qui per*  
radisi habent ad te specialē amo- *fēcētē a-*  
rem, & mater mea similiter, & e- *mat Dcū*  
ris associata à me cum eis: quam- *& illo*  
vis autem mihi omnia ista dice- *aliquo-*  
rentur, totum tamen istud valde *modo*  
parū videbatur mihi, supra quod *fruitur.*  
dictū est de matre sua, & de san- *quod pa-*  
ctis. Sed tantum delectabar in *rū curat*  
eo, & tanta erat dulcedo quam *de san-*  
sentiebam de eo, quod non cu-  
rabam respicere nec Angelos,  
nec sanctos, videbā enim quod  
omne illud bonum, & omnis de-  
cor sanctorum, & Angelorum  
erat ab eo, & in eo, & ipse erat  
omne & summum bonum, &  
omnis pulchritudo, & tantum  
delectabar in ipso decore suo,  
quod non curabam respicere a-  
liquam creaturam. Dicebat au-  
tem mihi, immensum amorem

D iiij

habeo ad te, sed non ostendo,  
immo abscondo tibi. Dicebat au-  
tem sibi anima. Quare habes tan-  
tum amorem & delectamentum  
in me, quæ sum ita turpis, & quæ  
ita toto tempore vitæ meæ of-  
fendi te? Ipse vero respondebat.  
Tantus est amor quem habeo in  
te repositū, quod de defectibus  
tuis quasi nō recordor, quamvis  
oculi mei videant illos, & in te  
habeo repositum multum the-  
saurum. Tunc anima mea sentie-  
bat ita certissimè esse verum: ita  
quod in nullo dubitabat, & ita  
sentiebat, & videbat quod oculi  
Dei respiciebant eam, in quibus  
oculis anima respiciebat, & ha-  
bebat in hoc tantum delecta-  
mentum, quod nullus homo ne-  
que si descéderet aliquis de san-  
ctis, qui sunt in paradiſo, posset  
hoc manifestare. Et cum dicebat

*Deus amanti, mihi, quod multum amorem ab-  
scondebat mihi, quod non pos-  
sem illum portare: anima respon-  
debat. Si tu es Deus omnipotēs,*  
*sui sepe  
deside-  
rium re-  
linquit.*

tu potes facere, quod ego pos-  
sim portare. Et ipse respondit. Si  
hoc facerem, hic haberet, qui-  
quid velles, & non haberet fa-  
mem de me, ideo nolo tibi hoc  
facere, immo in hoc mundo vo-  
lo, quod habeas famem de me,  
& desiderium, & quod langueas  
de me.

*Vigesimum secundum ca. De ij. con-  
solatione & visione, in qua vedit  
Deum in quantum est infinita om-  
nipotentia: & de profunda humili-  
tate qua Deus creaturis se inclina-  
uit, in qua visione concessa fuit sibi  
gratia ut prodesset omnibus tam  
præsentibus quam futuris qui de ea  
memoriam haberent.*

**Q**UADRÀM vice fuit mihi  
facta locutio diuina di-  
cens. Ego qui loquor tibi, sum di-  
uina potentia, quæ apporto tibi  
gratiā diuinam, & gratia quam  
apporto tibi est talis, quod vo-  
lo quod tu profis omnibus ho-  
minibus, qui videbunt te, & non

D v